



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

29. Circuncisio cordis in Spiritu, non in litera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Niniuita surgent, & iudicabunt nationem hanc.
 Vnde & Paulus hic subiunxit: Iudicabit id
 quod ex natura est præputium legem consummans,
 te qui per literam & circuncisionem præparator
 legis es. Docet ergo & hic locus contra hære-
 ticos fidem aut professionem fidei absque
 legis diuinæ obseruatione bonisque operibus
 ad salutem non sufficere. Bonus Beza illud
 Apostoli, *τον νομον λελαθα, λεγε consummans, pri-*
 mū vertit, si seruet legem; deinde exponit
 ponit in conditione quod non affirmatur. Ne videl-
 hinc colligat quispiam legem ab aliquo ser-
 Beza du- uari posse. Sic primum textum corruptit,
 plex cor- ponendo in conditione, quod Apostolus af-
 ruptela. firmatiuè dixit: deinde ait ipsam conditionē
 non affirmari. Hæc est eius duplex hoc loco
 corruptela.

29. *Circuncisio cordis in Spiritu, non in litera.*

Iustitia
inherens. **L**ocus notadus pro iustitia nobis inhæ-
 rentem, De Spir.
& lit.
cap. 8. **E**t, quam hæretici hodie negant, impu-
 tatiuā substituendo. Circuncisionem enim cor-
 dis (sicut August.) intelligit Apostolus puram ab om-
 ni illicita concupiscentia voluntatem, que non fit li-
 tera docente & sonante, sed Spiritu adiuuante at-
 que sanante. Et propter hanc iustitiam inhæ-
 rentem, sive propter hanc internam cordis
 circuncisionē, addit Apostolus de Iudeo in
 abscondito, id est, cuius pietas & iustitia ha-
 bet radices in corde defixas, *cuius laus non ex*
homimbus, sed ex Deo: docens videlicet Deum
 laudare

laudare factores legis, non professores; & à Deo approbari veram & realem cordis puritatem, non permanentem cordis impuritatem cum imputata aliqua extrinsecus iustitia. Talis imputatio circuncisionem cordis in Spiritu penitus tollit, quia permanentem impuritatem disertè pónit.

Argumentum Cap. III.

Vlt docere, Iudæos, et si quasdam habeant prærogatiwas, ut S. Scripturam, circuncisionem, &c. tamen in statu peccati & negotio iustificacionis pares esse Gentilibus, & æquè indigere gratia Christi: ideoque vanam esse eorum iactationem de operibus legis. Duas autem initio proponit quæstiones, unam de Iudæorum præ ceteris Gentibus prærogatiua, de circuncisione alteram: quarum primam hoc cap. soluit, secundam cap. 4.

20. *Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.*

In huius loci tractatione mirè sat agit hæretici, ut omnem ex bonis operibus coram Deo iustitiam longè latèque exterminent, suamque solam iustificantem fidem substituant. Calvinus satis habet operose ostendere de operibus legis moralibus, non de ceremonijs, Paulum hic loqui, quare aut quomodo legis